

T450
6
.1

B.3

BT450

06

c.1

07483



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080020583


50



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



Capilla Alfonso X
Biblioteca Universitaria



Officia Propria Passionis.

VENDESE
EN LA
LIBRERIA RELIGIOSA
SAN JOSE el REAL No. 3
MEXICO

Quintum centum et octiduum milia annorum
domini millesimo octingentesimo octavo



Ignem calcidem

OFFICIA PROPRIA

Passionis

D. N. JESU CHRISTI

JUXTA BREVIARIUM ROMANUM.



Tornaci Perbivorum.

Typ. Polyglotta S. JOANNIS EVANG.

DESCLÉE, LEBEVRE & SOC.

M. DCCC. LXXXI.

Fus proprietatis vindicabitur.

44376

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Valverde y Torres


Revisione peracta, omnia cum originalibus concordare reperta sunt.

In quorum fidem, etc. Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis. Hac die 1. Februarii 1876.

Pro R. P. D. Placido Ralli, Secret.

JOSEPHUS CICCOLINI, Substitutus.

L. † S.



1884
FERRER Y TELLEZ
VALERDE Y TELLEZ



Isidorus-Jos. Du Roussaur,

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS
APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPUS TORNACENSIS,
SS. DD. PRÆLATUS DOMESTICUS.

Omnibus has visuris salutem in Domino.

CUM ab Urbano PP. VIII. decretum sit ne quis typographus Breviarium Romanum et ea omnia quae a Breviario Romano ortum habent, sive ex parte, sive in totum, ejusmodi sunt Missalia, Diurna, Officia parva Beatæ Virginis, Officia Majoris Hebdomadae, et id genus alia, typis excudat vel in lucem edat, nisi facultate in scriptis accepta ab Ordinario loci; hinc est quod Nos dederimus in scriptis licentiam illud imprimendi dilectis filiis Desclle, Lefebvre et Sociis. Oblatum vero Nobis a praedictis filiis novam editionem opusculi cui titulus OFFICIA PROPRIA PASSIONIS D. N. JESU CHRISTI, JUXTA BREVIARIUM ROMANUM, postquam fuimus legitime informati illam cum suo originali, diligenti facta collatione, in omnibus convenire, excusam approbavimus evulgandique licentiam dedimus, prout per praesentes approbamus ac licentiam damus.

In quorum fidem hasce subscripsimus sigilloque nostro ac Secretarii nostri chirographo muniri fecimus, Tornaci, die xvi. Septembris anni M. DCCC. LXXXI.

† Isid. Jos. EPUS TORNACEN.

De Mandato Illmi ac Rmi DD, Episcopi:

L. † S.

VICT. DUREZ, Can. Secr.

007488

Orationes ante et post Officium.

Oratio

DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

APERI, Dómine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflámma, ut digne, attente ac devóte hoc Officium recitare váleam, et

exaudiri mérear ante conspéctum divinae Majestátis tuae. Per Christum Dómini nostrum.

R. Amen.

Dómine, in unióne illius divinae intentiónis qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persólvo.

Oratio

DICENDA POST DIVINUM OFFICIUM.

Orationem sequentem devóte post Officium recitantibus, Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulisit.

SACROSANCTAE et individuae Trinitati, crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimae et gloriosissimae sempérque Virginis Mariae fecundae integritati, et ómnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et glória, ab omni creatúra, nobisque

remissio ómnium peccatorum per infinita saecula saeculorum. *R.* Amen.

V. Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium. *R.* Et beata úbera quae lactaverunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave, María.



Officia de Passione D. N. J. C.

FERIA TERTIA
POST DOMINICAM SEPTUAGESIMAE.

Orationis D. N. J. C. in monte Oliveti. Duplex.

Pro Clero Urbis, et alibi.

AD VESPERAS.

ATER noster. Ave María.

V. Deus, in adjutorium meum inténde. *R.* Dómine, ad adjuvandum me festína.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui sancto: Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Laus tibi, Dómine, Rex aeternae glóriae.

Añã. Venit Jesus cum discipulis suis in villam, quae dicitur Gethsémani, et dixit illis: Sedete hic, donec vadam illuc, et orem.

Psalmus cix.

DIXIT Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dóminus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex itinere ante luciferum genui te.

Juravit Dñs, et non poenitèbit eum: * Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dñs a dextris tuis, * confregit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.